



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

Nulla re fluxa animum satiari posse. 15.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

S A C R A

Serm. I
dij fest.
omn. Sã-
Et or.

superiori, ista tibi in supplicium
conuertentur. Atque ad eundem
modum Bernardus in quodam
sermone his verbis vtitur: Si pos-
sidere vult anima, si regnare de-
siderat super membra sua, necesse
est vt sit ipsa mitis, & superior
suo subiecta: quoniam tale inue-
niet inferius suum, qualem se ex-
hibuerit superiori. Armatur enim
creatura ad vlciscendam suam
iniuriam Creatoris. Et ideo non
uerit anima, quæ rebellem sibi
inuenit carnem suam, se quoque
minus quàm oporteat superioribus
potestatibus esse subiectam.

Nulla re fluxa animum sa-
tari posse.

15.

GAudia qui mundi, qui magnos querit honores,
Et sequitur falsas non bene sanus opes,
Arripit hic vmbra pro corpore, pascitur aura
More lupi, esuriem stultus alitque suam.
Namque adeo est generosa hominis natura, caduci

Vt mentem prorsus nil satiare queat.

*Quippe, Deum prater, nil mentem expleuerit unquam:
Atherei cum sit numinis ipsa capax.*

SCHOLIA.

Vincula huius mundi, ait Augu- *Epis. 39.*
stinus, asperitatem habet veram,
iucunditatem falsam, certum do-
lorem, incertam voluptatem, du-
rum laborem, timidam quietem,
rem plenam miseriam, spem beati-
tudinis inanem. Si quibus phar-
macis huius vitæ officina referta
sit, perspectum habere cupis, au-
di quid dicat Chrysoström^o: Nihil *Hom. 22*
habet hæc vita nisi lachrimas, & *ad pop.*
opprobria, & cõuitia & tristitias *Antioch.*
& negligentias, & labores, &
morbos, & senectutem, & pecca-
ta, & mortem. Ac proinde stultus
est qui satietatem vllam in rebus
fluxis & caducis sibi pollicetur.
Qui pecuniã diligit, inquit Ber- *lib. de cõ-*
nardus, non satiatur: qui luxuria, *uers. ad;*

cler. cap
22.

non satiatur: qui gloriam, non
tiatur: denique qui mundum,
satiatur. Et aliquāto inferius:
tietatem non parit copia, sed
temptus. Sic fatui filij Adam, p
corum vorando siliquas, n
esurientes animas, sed esur
Super his ipsam pascitis animarū. Et in e
verb. E- dem sentētiam alio loco, sic
uāg. Ecce sus loquitur: Anima rationali
nos reliq. ad imaginem Dei creata, cæte
quidem rebus occupari pot
sed non impleri. Capacem en
Dei creaturam nihil, quod D
minus sit, vnquam implebit.

De spiritali gaudio piorum
16.

NIl sibi consciscat, qui leta viuere mente,
Atque metu vacuos gestit habere dies.
Qui probus est, nullo qui pallet crimine, cuique
Intima commissum non ferit ossa scelus,
Ille nec horrendi pauidus tremet ora tyranni,
Mille nec armatas in sua fata manus.